



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

iiij. De Schismaticis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

niendi, detractis tamen prius  
 facris ordinibus, si clerici fue-  
 rint<sup>a</sup>: quæ depositio vel ab v-  
 no Episcopo, si aliorum copia  
 haberi nequeat, fieri poterit,  
 convocatis tamen ad hoc ma-  
 ioris Ecclesiæ Canonicis, & Ab-  
 batibus, aliisque prælati & re-  
 ligiosis suæ diocesis scientissi-  
 mis, quorum præsentia ei nego-  
 tio oportuna videatur<sup>b</sup>. Ad  
 sanam tamen mentem reuersis,  
 & publicè errores prius dete-  
 statis iura indulgere solent, ne  
 laicorum manibus eos permit-  
 tant<sup>c</sup>, nisi relapsi sint (Et relapsi  
 dicuntur etiam de alio, non eo-  
 dem articulo, malè sentire con-  
 victi<sup>d</sup>): sed in carcerem tamen  
 perpetuū eos ablegari, vel mu-  
 ro includi præcipiunt pœniten-  
 tiæ erroris acturos<sup>e</sup>: quæ pœna  
 potest hodie ius dicentis arbi-  
 trio in aliâ mitiorem, si ei visum  
 fuerit, commutari<sup>f</sup>.

In causa hæresis proceditur  
 simpliciter & de plano, sine stre-  
 pitu & figura iudicij<sup>g</sup>.

### DE SCHISMATICIS,

#### TITVLVS IIII.

Schismatici quoque, id est,  
 qui ab vnitæ Ecclesiæ se di-  
 uidunt, suos sibi seorsum  
 constituentes sacerdotes<sup>h</sup>, hæ-  
 reticis annumerantur: & ab eis  
 factæ ordinationes irritæ ha-  
 bentur: & qui dignitates Ecclē-  
 siasticas, vel beneficia per ipsos  
 sunt consequuti, eis priuantur:

item, alienationes rerum Ecclē-  
 siasticarum per ipsos factæ, nul-  
 lius sunt momenti: et, qui spōte  
 in schisma quodpiam iurarint,  
 à sacris ordinibus & dignitati-  
 bus suspenduntur<sup>i</sup>: & demum,  
 si indomiti sint, degradari etiã  
 possunt, & curiæ seculari tradi<sup>k</sup>.

### DE APOSTATIS,

#### TITVLVS V.

Postatis non minùs suæ  
 pœnæ sunt. Horum au-  
 tem tres cùm sint species:  
 nam alij à Christianæ religionis  
 doctrina defleunt, alij erga su-  
 os prælatos se nimium contu-  
 maces præstant, alij regulam  
 suã posthabent, quem suscepe-  
 rant habitum, & regulæ præce-  
 pta, in quæ iurarunt, deseretes:

Prima eorum species illis pœ-  
 nis tenetur, quas suprâ aduer-  
 sus hæreticos statutas demon-  
 strauimus: In qua specie & illos  
 ponendos existimare, qui sum-  
 mo Pontifici non parent, nec  
 eius Canonibus tanquam à po-  
 testatem non habente conditis.

Qui verò ex altera specie a-  
 postatæ sunt, & nimis erga  
 prælatos suos contumaciæ no-  
 mine accusantur, si adeo cer-  
 uices erexerint, vt etiam ipsi  
 Romano Pontifici non magis  
 obediens se reddant, sed  
 contemptui eum se habere o-  
 stendant, deponendi sunt, at-  
 que etiam, si correctioni aures  
 non patefecerint, excommuni-

<sup>a</sup> ca. excommu-  
 nicamus. 1.  
 §. 1. ex. i.

<sup>b</sup> c. 1. in 6.

<sup>c</sup> c. excommu-  
 nicamus. 2.  
 §. si ubi gl.  
 & Ab. &  
 c. super eo.  
 in 6.

<sup>d</sup> c. accusatus.  
 §. cum uero.  
 in 6.

<sup>e</sup> d. §. si ubi  
 gloss.

<sup>f</sup> c. ut commif-  
 si. in 6. et  
 Ab. d. c. ex-  
 communica-  
 mus. 2.

<sup>g</sup> c. si. in 6.

<sup>h</sup> Abb. in R.  
 ex. cod.

<sup>i</sup> ca. 1. & 2.  
 ex. co.  
 Bernar. Di.  
 ax. tit. de  
 Schismat.